



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. CXVI. Ante Sacrificii Incho Ationem quid præstandium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

sacro faciendo occupatum Sacerdotem, nemo esset, qui quacunque de causa, ne Rex quidem aut Pontifex accereret, ac vellet inceptum sacrum omittere. Quare nullum magis liberum ac suum Sacerdos habet, quam hoc opus. Imò Rex ipse Regum Christus videtur eum tantisper à sui veneratione liberare. Si enim alio quopiam, quamvis proximo loco, & in conspectu, vel deferatur, vel eleuetur Eucharistia, Sacerdos non debet suum sacrum interpellare.

*Præcessus  
ad aram in  
cœlum lin-  
toirus.*

§. Cogitare ergo verè potest, dum è sacrario in templum ingreditur sacrum facturus, ex hoc mundo se in cœlum ingredi jam mortali majorem, cum Deo de rebus maximis coram auctorum. Cui negotio etiam Angeli & Curia cœlestis Vniuersa cum timore & magna veneratione intersunt.

C A P. CXVI.

*ANTESACRIFICII INCHOATI-  
ONEM QUID PRÆSTANDUM.*

*Sacrifica-  
tus de fijo sit  
in Deum  
animo.*

§. Ante sacrum i. decet Sacerdotem omnes suas vires & actiones, non solum cum est ad altare accessurus, sed quoconque etiam tempore eo referre, vt sit quam paratissimus ad dignè, quantum fert vita sceleris humana imbecillitas, sacrum faciendum.

*Sit in seger  
que purus.  
Pis se det  
cognitioni-  
bus & quib.  
sacrificatu  
rus.*

§. Secundo inquirendum in conscientiam & peccata, quæ occurruunt vel dolore, vel Confessione expianda.

*Propria in  
dignitas ob-  
menis  
oculos ob-  
seruer.*

§. Tertio ubi tremendi sacrificii tempus appulit, quarta saltē horae parte ante præcipuo studio vires omnes animi colligat, & sensus custodiat, quilibet negotio tantisper seposito. Quo tempore animus occupandus est piis cognitionibus & aëtibus religiosis quam contentissimis, ac primo agnoscat se pro sui

sua vilitate nullo modo esse dignum , qui tantum opus aggrediatur , et si ijs omnibus ipse unus donis ornaretur & virtutibus , quibus vniuersi vlo vnuquam tempore sancti homines cumulati fuere . Ex qua cogitatione se dejectat atque condemnet . Inde sublati in divinam pietatem oculis precabitur , vt Deus ipse , qui & sacerdotalem Ordinem instituit , & sine eum voluit allegere , etiam dignè præparet ad munera ejus gradus obeunda . Ex alia parte Dei be- *Eximia Del*  
niguitatem erga homines considerans , qui tam vile *bonitas per-*  
*genus euexerit eā ad dignitatem , vt non semel sed sin-*  
*pendenda.*  
guli etiam diebus ipsum Christum attrahere poslit ,  
& honore dignitati beatæ Virginis persimili , quo-  
dammodo Dei Filium gignere . Ex his studebit ro-  
tam vitam benigni Parentis amore accendere . De-  
inde mente conuersa ad id quod facturus , ad altare ac-  
cedat , considerabitque se non solum memoriam  
Christi Domini vitæ & cruciatuum in Missa celebra-  
turum , sed etiam re ipsa Christum Dominum oblatu-  
rum . Quare cum sacrificio Domini incruento seip-  
sum simul offeret , Deumque precabitur , vt eo a-  
more , quo Filium excipit , nos simul excipere & no-  
stram oblationem respicere dignetur .

§. Quarto Finis proponendus ad quem mentem *Qui sacri-*  
Sacerdos in sacro faciendo debet ditigere . 1. *pro-*  
*cantus finis.*  
poner in eo munere velle sc̄ diuinæ Majestati laudem  
1. *Suprema*  
& gloriæ præbere quam maximam possit . Quam  
*Dei laus.*  
ad rem colligit & offeret eos omnes honores , qui  
ab orbe condito habiti sunt illi vnuquam ; vel habe-  
buntur vspiam , ab vlo vel mortalium , vel Angelo-  
rum , vel à beata Virgine , & ipsa Christi Domini hu-  
manitate , quæ cum infinitam D E I dignitatem  
non exæquent , eos accumulabit , quos D E V S  
sibi ipse tribuit . Secundo proponet se velle  
2. *Gratia i-*  
*actio.*  
grati

grati animi debito pro innumerabilibus beneficiis,  
quæ & priuatim, & cum aliis rebus creatis accepit suo  
& nostrum omnium nomine satisfacere offerendo illi  
Christum Dominum, in quo bona omnia continen-  
tur, idcirco enim & olim sacrificia fiebant, vt homi-  
nes Deo grati, eum omnium bonorum auctorem con-

*3. Passionis  
Christi com-  
memoratio.*  
testarentur. Tertiò proponat velle se memoriam re-  
nouare sacrorum Domini cruciatuum, quos plurimis  
modis sacrificium illud repræsentat, eos Deo iterum

*4. Ind genti-  
sum a. xxlii.*  
offerre pro exultatione humani generis ac peccato-  
rum vinculis, propter quæ rei erant supplicii æterni.

Quarto proponat velle hoc præsidio & tanti sacrificij  
pretio opem ferre vniuersæ Ecclesiæ, singulorumque  
calamitatibus, & per eam oportunitatem indigent-  
um omnium supplices libellos Deo porrigit, quo-  
dammodo & commendare. Præter hæc vbi ad Sacra-  
mentum accederet dabit, vt ritus omnes, qui præscri-  
buntur in Rubricis accuratè seruet.

## C A P. CXVII.

IN IPSO SACRIFICIO VT SE HA-  
BERE DEBEAT Sacerdos.

**S.** IN sacro i. Vbi Sacerdos decenter ornatus ad Al-  
tare de more accedit, existimet se ad funestum  
Caluariæ montis spectaculum iter habere vna cum  
Deipara, S. Ioanne ac aliis, quorum in se affectus ex-  
*Sacra indu-* primat, vel Christi patientis personam sustinere, quod  
*menta quo-* habitu ipso & sacris vestibus significatur: nam 1. co-  
*rum myste-* rona indicat spineam coronam. 2. amictus, velamen  
*riorum signa*  
*E documen-* oculis ipsius obtentum. 3. linea tunica, vestem al-  
baam qua induitus illususque est ab Herode. 4. Cingu-  
lam funes, quibus mediis constrictus est in horto.  
5. manipulus vincula, quibus sacræ manus tan-  
quam